

## aa2<sup>r</sup>

---

Gerardus Geldenhaurius Nouiomagus,  
Ioanni Piniciano suo S. P. D.  
NEmo est, mi Piniciane, inter eos, qui uel pau-  
lulū ultra primas literas progreffi sunt, qui  
duos esse optimos dicendi artifices, Teren-  
tium. f. & Ciceronem, negare poterit. Illius  
loquēdi formulas germanice a te pueris in-  
terpretatas: non sine magno fructu perlegi, lubens audio.  
Huius uero, perspicua uerba, exactam confrunctionem,  
phrasin latinissimam studiosi adulescentes facilius imita-  
rentur, si germanica quoqū interpretatio accederet. Et cum  
nullis in libris, q̄ in epistolis, familiari sermone, ipse Cicero  
utatur lubentius, rem feceris tam Preceptoribus, q̄ discipu-  
lis gratissimam, si ex his (quod in Terentio factum est) fa-  
miliaris sermonis formulas collectas, addita patria lingua,  
in studiosorum gratiam edideris. Non q̄ solum, has pueros  
ediscere uelim, sicuti Pſitaci, aut noſtrates Picæ docentium  
uerba, sed ut in rebus quibuslibet explicādis, & Terentii &  
Ciceronis cōpositionem ac phrasin perpetuo obſeruarent.  
Quare oro atqū etiam oro, si quid Nouiomagi preces  
apud te ualent, ut has formulas Ciceronianas  
ordine digeſtas, Auguftanae in primis iu-  
uentuti, & per hanc toti Germaniae  
impartiaris. Vale. Datum  
Vuormaciæ xviii. Iulii.  
1534.  
Toto pectore tuus No-  
uiomagus Geldenhaurius.

## aa2<sup>v</sup>

---

Viro integerrimo doctissimoqu Gerardo Gelden=  
denhaurio Nouiomago, amico  
unice dilecto, S. P.

MEministi, ut arbitror, cum anno superiori, prouin= ciā mihi dares Graphei Cornelii clausulas Te= rentianas, in uernaculam linguā nostram uertere, ut hac uia (tuis uerbis utor) uel ludentes pueri latine di= fcant: me de Ciceronis familiarium epistolare clausulis & sententiis mentionem fecisse: quas ego quoqu in animo ha= berem, in germanam linguā traductas, in publicum edere. Eras tu tum monitor & impulsor, ut id fieri curarem. Feci itaqu q*u* iussisti, & ex omnibus familiaribus epistolis, ea ex= cerpsi, que magis cōmoda & usitatoria pro cōficiendis epi= stolis, pueris effent: & ne semper tota epistola propter ali= quā insignem clausulā uel sententiā legenda effet, in breue hoc compendium redigere curaui, in certaqu rerum capita distinxita, ut quae ad cōmendationem attinent, primū ca= put fortirentur, quae ad petitionem, secundum, & sic dein= ceps. Eas prēterea clausulas in linguam noltrā uernaculam uerti. q*u* in aliis multis libris Cicero germanice loqui incepit: & ut studiosae iuuentuti, facilis & cōpendiaria uia, sine ma= gno labore ad recte scribendum loquendūqu prebeat. nō dubitans & multis profuturre hunc laborem. Quod tamen ego nunqu tentasse, nisi fuissent qui ante me, non sine ma= gna nominis sui fama(ut ipse existimarent)idem fecissent. Ioannes Gabriel Senensis (quem ego magna ex parte fecu= tus sum) scribit se breuissimo cōpendio in clausulis & sen= tī fructus pueris attulisse, quantum si totum Ciceronis

## aa3<sup>r</sup>

---

epistolarum uolumen euoluerent, accipere potuissent: ut=  
pote quæ pueris multis in libris disperfa erant, paruo libel=lo ueluti sub oculos redacta sint. Alter Georgius Valegusa,  
illusterrissimi Galeatii Mediolanensiū Ducis Præceptor clau=fulas, siue, ut ipse appellat, flocculos Ciceronis, cū sua uer=nacula, hoc eft Italica, interpretatione collegit. quibus ipse  
non solū suo Principi, sed & omnibus Italiæ scolis prodeſſe  
uoluit. Sunt & alii doctissimi uiri, qui pro cōmodo & utili=tate scolaſtice iuuentutis multa diligenter ſcripferunt, quos  
& ego p̄ uirili mea imitatus, in hoc, & aliis laboribus, meis  
literariis tyronibus cōmodare ſtudui. Quod ſi qui inter tot  
maleuola obtrectatorum ingenia, quos noſtra uidet ætas,  
huic noſtro labore obtrectaturi ſunt, tanq̄ fine ingenio de=prompto, facile contempferim, neq̄ eñ melior ſum, q̄ ille,  
cuius hæc ſunt, Cicero, qui & ipſe malignitatis dentes effu=gere non potuit. Sciantq̄ me pueris, non doctis Oratori=bus, ſcripſiffe hæc. At non me latet, Gerarde doctissime,  
pueriles has nugas, dignas non eſſe quæ tuo nomini dicen=tur: Verum quia tu ita iubes & urges ut edam: quandoqui=dem ſcolaſticæ iuuentuti profuturas dicebas. Te ipsum eis  
patronum elegi, eas a maleuolis, ut res tuas proprias,  
defendas. Res parua, magnis uiris commendata,  
maxima fieri uidetur. Vale, & me ama, ut  
foles. Auguftæ viii. calen. Augufti,  
a natali Christiano, Anno  
M. D. XXXIIII.

aa iii

## aa3<sup>v</sup>

---

De laude & uirtute excellentissimi uiri Ciceronis,  
eiusqu lectionis utilitate, ex bo=

nis autorius accepta.

Plinius naturalis historiæ, li. vii. c. xxx.

fic de illo scriptu reliquit.

SED quo te M. Tulli piaculo taceam? quoue maxi= me excellentem insigni prædicem? quo potius qu uniuerſi populi & illius gentis amplissimo testimo nio, & tota uita tua ad consulatum tuum operibus electis? Te dicente legem agrariam, hoc est alimenta sua abdicaue= runt tribus. Te suadente Roscio theatalis fedicionis auto= ri leges ignouerunt, notatasqu fides discrimine, equo ani= mo tulerunt. Te orante, proscriptorum liberos honores petere puduit. Tuum Catilina fugit ingenium. Tu M. An tonium proscripti: Salve primus omnium parens patriæ appellate. Primus in toga triumphum, linguæqu laurea merite, & facundiæ literarum latinarum parens. Atqu ut dictator Cæſ. hofis quondam tuus de te scripsit omnium triūphorum lauream adepte maiorem. Quanto plus est in= genii Romani terminos in tantum promouisse qu Imperii. Cicero lux doctrinrarum. idem lib. xxxi. cap. ii.

Ex Cicerone reuocato.

Ego certe quotiescūqu illum lego, non lurisconsultum, non Rhetorem aliquem, sed Christianissimum hominem, sed eximum quandam Euangelii preconem uideor mihi le gere, tot, tantaqu in eo autore cōperio, quæ Cū Christiana religione faciant, ut illud. Ad inferos parcidii pœnas luent, Animum eternum esse, Animaduertenda peccata.

Bonum semper beatum. Cum explicat quanta sit confi=

## aa4<sup>r</sup>

---

in errore perseuerare, insipientis. Cum ambitum damnat,  
ipseqū de ambitu fert legem: Cum monet, non minus ocii,  
q̄ negocii rationē extare debere. Parentū ferendas iniurias.  
Parentes charifimos habendos: Pacis nomen dulce.  
Sed cum dicit, pietatem omnium uirtutum esse fundamen-  
tum, nonne plane cum Paulo concordat?  
Cum meminit uitæ perpetuæ, cum dolorem peccati æter-  
num affirmat: cum affsentationem turpem: cum dicit, bel-  
lum esse sua uicia nosse. blasphemias mittendas.  
Quando uero ad Atticū scribens, dicit, Nostris peccatis in-  
cidimus in has erumnas. Vacare culpa, magnū est folatiū?  
Humana ferenda. & id genus infinita.  
An non Cicero lœpissime turbulentiſ. illis temporibus  
reipub. pacem peperit?  
Si cum M. Antonio pacem recusauit, prudenter fecit:  
Nam simulata pace, omnia fuisset depopulatus, Diuina,  
humanaqū omnia puertisset ille nepharius. Et paulo post:  
Quot claris uiris maleuolentissimorū hominum nequitia  
orbata fuisset Respub. nisi ille obftitisset?  
Quot innocentes uiri, splendido ac summo loco nati, illo  
defendente absoluti sunt?  
Nisi illius grauissima autoritas intercessisset, iudicia refrixif-  
fent, leges abolete, opp̄issi boni, pditi uero reꝝ potiti fuisset.  
Nemo unq̄ fuit tanta tempantia: Nemo illo abstinentior.  
Quis præterea illo fuit aut probitate, aut innocentia, aut  
optimaꝝ artium studio, aut ullo genere laudis preftantior?  
Nullus tñ fuit flumen ingenii, nulla dicendi aut scribendi  
tanta uis, tantaqū copia: Nullius unq̄ officiosior, declarant  
tot epiftolæ cōmendaticiæ, tot confolatoriæ, obiurgatorie.  
Quis unq̄ placabilior? nā cōmunis concordię caufa grauif=

## aa4<sup>v</sup>

---

ſimas quasqū iniurias uolūtaria obliuiõe cōterere ſolebat.  
Ouis tam facilis, ad deponendam offenſionem? Cui unqā  
ſuam operam denegauit? uel cui ipſe eam ultro nō detulit?  
Quot per illū defenſi cū miferi, tū opibus & gratia potentifū  
ſimi? quis nō lumope cōcupiuit in illius amiciciā iſſinuari?  
pter multas ſuauitates ingenii, offici & humanitatis ſuē?  
Non ne miferi, & inuidorū hominū calumnia oppreſſi, ad  
illius patrociniū, tanqā in tutiſſimum portū confugiebant?  
Infinitū eſſet, illius ōm̄es uirtutes narrare, in tanta plerſertim  
tpis angūſtia. Illud femp ōibus pluafiffimū fuit: grauiffimū  
fuſſe uiRū, fidei plenū, ſuña animi moderatiōe & equitate,  
constantem, eximia comitate gratioſum & amandū. Inge=‐  
nio acri & uehementi, doctrina recondita, & qui omnes ex=‐  
celluerit cū ſcriptionis elegantia, & candore ſtili, tum plane  
diligentia & fide, nullius philosophiæ partis ignarū. Quid  
reliquū uite constantiā cōmemorem? dignitatem, liberali=‐  
tatem, moderationem in priuatis rebus, ſplendorem in pu‐  
blicis: Vt ſemel finiam, Nemo unqā animo aut ſpe, maiora  
luſcepit, qui libi illius memoriam, & imaginem proponen‐  
dam nō putarit. Itaqū ſic ſtatuo, ut qā pauciffimis cōplectar,  
nō posſe melius ſuas horas collocare ſtudioſum iuuenem,  
qā, ſi illas Cicerone legendo impenderit.

Hexaſtichon ad iuuentutem.

Non opus eſt totos autorum uoluere libros  
Qui cupis eximie ſcribere epiftolia:  
Hoc potes exiguo Ciceronis multa libello  
Discere, & ornate uerba latina loqui.  
Dicitur hic merito, Romanæ gloria linguaæ  
Doctrina cunctos prænitet ille viros.

## z4<sup>v</sup>

---

QVid sit epistola, & quot partibus constet, dequ epi=stolarum uariis generibus, cum multi scribunt, nihil huic libello adnotauit, nisi pauca quae ex Ciceronis lectione notaui, ut nihil non Ciceronianum sit. Scribit enim li. ii. epift. iii. Multa esse epistolarum genera, sed unum il= lud certissimum, cuius causa ipsa inuenta est, ut certiores faceremus absentes, si quid esset, quod eos scire, aut nostra aut ipsorum interesset.

Genera uero epistolarum, in hoc libro ponuntur, tot em genera sunt, quot clausularum capita, quanquo alii plura, alii minora ponant.

Epistolam a mittendo dictam, latini literas, numero pluri dicunt/ ain fendbrief.

Cicero li. iii. nouae rhetoricae, inquit: Sunt igitur tria genera, quae gna nos figuras appellamus, in quibus omnis oratio non uiciofa consumitur, Vnam grauem, Altera me=diocrem, Tertiam extenuatam uocamus. Grauis est, quae constat ex uerborum grauium magna & ornata cōstitutione. Mediocris, quae constat ex humiliore, nequ tam en ex in= lima & peruulgatissima uerborum dignitate. Extenuata est, quae demissa est usque ad usitatissimam puri consuetudi= nem fermonis. Itaque sicut & orationes, ita & epistolae tres suas figuras habent, illis tamen inferiores, nam qui in ora= tionibus mediocris est, in epistolis est summus, & sic exte= nuata figura epistolarum infra orationum infimum genus est. Cuius rei fatis mihi uidetur testimoniū efficax. Ci. li. ix. epift. xxi. Verum quis tibi in epistolis ego uideor? nonne plebeio fermone agitur tecum? nec enim semp eodem mo= do, quid em simile habet epistola, aut iudicio, aut concioni?

z5<sup>r</sup>

---

quin ipsa iudicia non solemus omnia tractare uno modo,  
priuatas cauſas, & eas tenues agimus ſubtilius, capitis aut  
famæ. f.ornatus. Epiftolas uero quotidianiſ uerbis texere  
ſolemus.

De iniciis epiftolarum.

Docti ſolebant in ſcribendiſ literis ſemper ſcribentiſ no=men præponere, ei ad quem ſcribebant: ut P. Lentulus, P. filius, po. Ro. Con. Prætoribus, Tri. pleb. Senatui, plebiqū Ro. S. P. D. Vides in hoc exemplo, & in omnibus Ci. epiftoliſ, ſcribentiſ nomen præponi, etiā ſi ad maximæ dignitatiſ homines ſcribimus, ut hic ſcribit ad orbis terraꝝ dommoſ Romanos, quibus nihil erat maius, neqū ſupiuſ, tamen nomen ſuum ptulit. Poſt nomen ſcribimus plerūqū Salutem plurimam dicit, tribus hiſ literiſ, S. P. D. notatū: ut Cicero, Tyroni S. P. D.

De reliquiſ partibuſ epiftolæ, puta exordio, narratione, conſluſione, nihil hic agimus, cū ab aliis fatiſ ſupqū ſcriptū ſit, biſqū rariſſime utamur, niſi in grauibuſ epiftoliſ.

De conſluſione.

Vt in epiftolæ principio, ad quē ſcribimus, ſaluere, ita in calce eū bñ ualere iubemuſ/ biß gegriießt/ behiet dich got. Sunt autem eiuſmodi: Bene uale, & me dilige.

Tu fac q facis, ut me ames, teqū amari a me ſcias.

Valete mea deſideria ualete.

Da operam ut ualeas. Cura ut ualeas.

Valebiſ igit, meqū, ut a pueru feciſti, amabiſ. Vale, ſalue.

¶Literas nos accepiffe, his & ſimilibus ſignificamuſ.

Literas a te mihi ftator tuuſ reddidit Tharſi, ad ſextū de= cimū kal. ſextiliſ, his ego ut uideriſ uelle ordine reſpođebo.

z v

z5<sup>v</sup>

---

¶Quomodo ad alios scripsiſſe oftēdere apte debeamus.  
Dederam triduo antea pueris Gn. Planci literas ad te.  
Poſt ualete, ſubiungimus diem & locum: ut  
Valete mea defyderia, ualete. Datū ad iii. nonas octobris,  
Theſſalonice.  
Pridie nonas Nouemb. Brunduſii. xiiii. kal. Quintil.  
Octauo kalen. Quin. Minturnis. Pridie kal. Decemb.  
Pridie kal. Maias, Brunduſio.  
Poteſt enim loci nomen poni uel in gtō uel in ablatiuo.  
De Calendis, Nonis, & Ydibus.  
De calendis, nonis, & ydibus, in Promptuario uocabu=lorum multa adnotauimus, proinde paucis hic agemus.  
Prima cuiuilibet menſis dies calendæ appellatur: nomen  
ducens ab eo menſe in quo ponit? deiñ quatuor ſequentes  
dies, nonæ appellantur: Ita tū, q̄ quintus dies nonæ dicit?  
p̄cedens pridie nonas: tertia tertio nonas: ſecunda quarto  
nonas, uſq̄ ad primā, que dicit? Calen. Niſi in his menſibus  
qui ſex nonas habent, ut fuit Marcius, Maius, Iulius, &  
October, tunc eĩ leptimus dies dicit nonę, lextus pridie  
nonas, quintus tertio no. quartus quarto nonas, tertius  
quinto no. ſecundus ſexto nonas. Poſt nonas octo dies im=mediate ſequentes dicunt⁹ ydus, appellata ab codem menſe  
in quo ponuntur, ſicut & none: ut decima tertia dies Apri=lis dicitur ydus Aprilis, p̄cedens pridie ydus, hunc p̄ae=cendens tertio ydus, & ſic deinceps uſq̄ ad nonas. Dies ue=ro quæ ſecuntur, ydus dicuntur calende, & nomen ſumunt  
a primo die calendarum ſequentis menſis, ſic uidelicet, dies  
qui in Aprili, poſt ydus ponuntur, dicuntur calende Maii,  
& iterum retrogrado numerātur ordine, ut cum dicimus,

z6<sup>r</sup>

---

calende Maii, hanc præcedens, ultima. f Aprilis, dicitur pri= die calendis Maii, hanc præcedens dicitur tertio cal. Maii. sic numerando usqu ad ydus. sic fit in cæteris mensibus, Ponamus exemplum unum Mensem.

1	Aprilis, Calende aprilis.		
2	4 no. ap.	17	15 cal. ma.
3	3 no. ap.	18	14 ca. ma.
4	Pridie no. ap.	19	13 ca. ma.
5	Non <small>e</small> aprilis.	20	12 ca. ma.
6	8 yd. ap.	21	11 ca. ma.
7	7 yd. ap.	22	10 ca. ma.
8	6 yd. ap.	23	9 ca. ma.
9	5 yd. ap.	24	8 ca. ma.
10	4 yd. ap.	25	7 ca. ma.
11	3 yd. ap.	26	6 ca. ma.
12	pridie yd. ap.	27	5 ca. ma.
13	ydus aprilis.	28	4 ca. ma.
14	18 ca. ma.	29	3 cal. ma.
15	17 ca. ma.	30	pridie cal. Maii.
16	16 cal. ma.		Prima Maii, cal. maii.

Syluanus Othmar, ciuis Auguftenis imprimebat,  
Anno M. D. XXXIIII.  
VI. ydus Iulii.